

## Neapolis (Naples)

### Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

9 Fichier(s)

### Les relations du document

Ce document n'a pas de relation indiquée avec un autre document du projet.□

### Présentation

Mentions légalesFiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)  
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

Notice créée par [Laurent Capron](#) Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification le 17/05/2023

---

- (73) Mutinensis II F 8. ch. S. XV. Bry., AQ., Anon., Bacch., Ps. Beh., hymni. ab exitu Aristidis quae sequuntur fol. 87 altera manu scripta sunt. et e primo diagrammate Aristidis elucet<sup>1</sup> hunc esse familiae V, omittit enim α et crucem illam, π habet 5<sup>b</sup>, ∃ 11<sup>b</sup>, γ 19<sup>a</sup>, (24<sup>a</sup> om.), λ 24<sup>b</sup>, num. β ante 26, > 30<sup>b</sup> nec multo distat 30<sup>a</sup>, lineam finit signo 34<sup>a</sup>. idem manifestum fit ex altero diagrammate (p. 22). est enim phrygiorum 5<sup>b</sup> <, adest mixolydiorum 2<sup>b</sup> < (quod om. U). contextus autem partes harmoniis illis immixtas<sup>2</sup> qui comparaverit in propinquis codicibus (ut est (75) Neap. 1), archetypum celeriter inveniet et manifesto demonstrabit. huius filium esse puto (79) Neap. 5. in Mesomedis hymnis ea est versuum dispositio, ut e Neap. 1 hunc ortum esse mihi persuaserim. (Jahrb. 1890. 681). codex olim erat Georgi Vallae et Alberti Pii, sicuti 13<sup>b</sup>, 74<sup>a</sup>, <sup>b</sup>, 76. ipse inspexi 1889. Jan in Beh. Arg.<sup>1</sup> 31. Stud.-Ams. 123.
- (74<sup>a</sup>) Mut. ... 85. S. XV. [Pselus] Syntagma IV scient.
- (74<sup>b</sup>) Mut. ... 149. Porph. hi quoque erant Ggi. Vallae. *Cenni storici della bibl. Estense* (Mod. 1873). Heiberg in *Philologo* XLII 434.
- (75) Neapolitanus III C 1 (olim 259). chart. interiectis foliis membranaceis, fol. min. S. XV. scripsit ταντινὸς Πέρπος, nam legitur in fine δῶρον καὶ νόμος τ. Πέρπου. insunt Nicomachi ars arithm. cum scholiis Philoponi, Plutarchi mus., Porphyri comm., Aristides, Anonymi, Bacchius, Dionysius Bell., hymni. et Ptolemaei quidem initium Ἀκουαρχή ἔστιν : δύνανται similis est Ven. VI 10. cf. καὶ βαρὺ (om. τό) ἴδιον ἔστι, οἰκεία et inopiam diagrammatum.

1 E Vat. 192 cum non transcriptum esse demonstrat altero ordine phrygiorum, ubi Vat. omittit duo signa, Mut. habet. cum Neap. III C 5 concinunt: lyd. 8<sup>b</sup> N, ion. 3<sup>a</sup> et synt. 3<sup>a</sup> <, phry. 6<sup>b</sup> C, synt. 1<sup>a</sup> ∃.

2 Habet Mut. post doriorum ordinem priorem τὰς ἰθὺς τὰς τὰς φθόγγων, post alterum ordinem ποιότητας ἀγού, post phrygiorum et ioniorum titulos: τόντοι πρὸς, post ion.<sup>a</sup> πρὸς οὐ τούτοις ὁ. ἀ. ἰσοῦς, post synt. τίτ. πρὸς ταντὶν δὲ.

Ptolemaei et Porphyri doctrina ad eundem finem ducitur (75) atque in Ven. Aristidis signa musica optime inter eos concinunt, emittit uterque duas notas  $\omega$  et  $\epsilon$  in ultima linea expositionis secundum tonum p. 27, 9 M. etiam Bacchii isagogen e V, nec tamen e Mon. videtur petivisse (Bacch. Argent. 31); filium igitur Veneti dicas. sed in hymnorum forma, quam exprimendam curavit Bellermann in tab. IV, is est versuum ordo, (cum modo unus modo tres versus omitantur, nec causa huius dispositionis ex ipso Neap. intellegatur, facilius ex archetypo quodam repetatur,) ut intercessisse putem librum aliquem inter V et N. (Bacch. ib. et Jahrbücher 1890, 686). filium repperi Mutinae. inspexi 1891. — Cyrilli cat. II p. 339. Bellermann in Anon. 1. Hymni 18. Studemund-Amsel 154.

Neap. III C 2 (olim 260). ch. 4<sup>o</sup>. S. XV. in priore x. parte insunt Hippocrates de urinis, Gaudentius, Theo cum (76) Pappi isagoga, Aristox., excerpta Neap., opticae hypotheses, Damiani optica. in altera parte, quae arundine optime exarata est, habes Cleonidem, Euclidem, Barlaami logistica et arithmetica et de solis eclipsi.

Gaudenti contextus tribus diagrammatis ornatus est (ut in Barb. et Hamb. n. 36) nec tamen verbis longe distat a Vat. vel Ven. Theonis expositionem codex incipit a musica (p. 46 H.) et exhibet usque ad c. 12 ἀνέσιτος τοῦ πνεύματος (p. 57, 6). hinc sequitur inscripta ἐκ τῶν τοῦ Πάππου isagogae Euclideanæ ea forma, quam Cramer edidit in Anecd. Par. I 47. (socios numeravi 12. 36. 42. 118. 151. 159. 173. 187.) hae autem lectiones cum fere omnibus in libris concordent, Neapoli enotare supersedi. — In Aristoxeni titulis concinit cum Marciano VI 3. habet enim Ἀ. πρὸ τῶν ἀρχ. στοιχείων. Ἀ. ἀρχ. στοιχείων B, Ἀ. στοιχείων ἀρχ. Γ (Mq. 360). in fine autem habet addita, quae tertia manus in M. adscripsit. Marquard cum partem aliquam comparasset, similem esse codici Riccardiano, mendorum autem minus inesse vidit. — Sequuntur Πτολεμαίου μουσικά, quae imprimenda curavi sub n. IX. quae in parte plenior hic est quam Par. suppl. 449 in § 18



κ. ἡμιόλιος τοῦ ιβ et ἐπογδόω λόγῳ et numero κα γ' in § 24. (76) in iis rebus, quas cum Par. 3027 habet communes, nunc hunc, nunc illum vides ampliorem; fratres eos dicas. in Nicomachi autem partibus, quas hic excerpserit, lectiones nobis praebet optimas *τηνικαῦτά φασιν* p. 266, *παρ-πάτης, λαμβάνουσιν, καὶ τοῦ καταλείπ., καὶ ἀπὸ τοῦτου τοῦ φιβ, 267 s., καὶ εὐρίσκομαι* 271.

Alter librarius magnis atque formosis litteris inscripsit artem Cleonidis. initiales litterae magna elegantia pictae in mentes legentium revocant formas Joannis Rhosi Cretensis qui confecit Ven. 322; eadem autem manu scripti videntur Barberinus II 86 et Vat. 221. titulus libelli est *Κλεονίδου εἰσαγωγή, οὗ ἡ ἀρχή* (cf. 36 Ricc.), petita autem videntur verba e Marc. VI 3. conspirat enim N cum M in Eucl. 149, 5 et 7 *προθέσει*, 12 *πολλαπλασίονι*, 150, 6 *πρὸς τὸ β*, 7 *ππλάσιον*, 151, 2 om. quattuor vocabula, 152, 7 *μόνον*, 158, 11 *ὄν*, 161, 14 et 16 *δ ἔστι*. in Cleon. 179, 3 *τε*, 4 om. *ἔστιν*, 5 *τε*, 7 *π. γενῶν*, *π. μελοποιίας*, *π. συστ.*, *π. τόνου*, 180, 19 *τιθεῖσα*, om. *διαστάσεις*, 20 *διαστήματα*, 181, 4 *βαρύτητα*. *ὀξύτης δὲ τὸ δι' ἐπιτάσεως γινόμενον ἀποτέλεσμα. ἀμφοῖν γὰρ*, 182, 4 *εἰδὲν of μὲν ἐν τῷ διατ.*, 184, 15 om. *λεγανὸς ὑπάτων*, 185, 7—9 om., 186, 10 *ὑπάτη*, 187, 4 *καὶ ἡ κατὰ*, 7 *κατὰ μέγεθος*, 188, 1 *μὴ ὥστε ἡ καθ.* *ἀλλὰ τραχυνθῆναι*, 189, 21 *δισιαίω* (pr. i in ras.), 190—191, 1 *ἡμιόλιον καὶ*, 191, 8 omittit, 193, 12 *γένη*, 199, 12 *τῶν διέσεων συνημ.*, 202, 12 *κελαδήσωμεν*, 205, 2 *μελωποιῶν* M<sup>1</sup>. plus etiam id valet, quod in accentibus conspirant, ut *τετασθαι* habeant 181, 8 et *τέ-λεῖα* duobus tonis signatum 200, 10. gravioris momenti id quoque esse videbatur, quod *σύγγεινται* et *συγγείμενα* exstat in N (149, 1 et 8), cum forma litterae κ scripta in M facile confundatur cum γ. his ego rebus commotus necessitudinem huic N cum M intercedere statui. e V autem N non transcriptum esse manifestum est, quia plura illo continet 191, 1. 8. 192, 4. 195, 6. 203. 204 cat. ex iis quidem quae differunt inter N et MV plurima librarius ex suo ipse ingenio emendare potuit, ut si in sonorum

tabulis (isag. c. 4) omissa supplevit vel harmoniarum N. species (c. 9) et tredecim tonos (c. 12) in meliorem or- (76)  
 dinem redegit<sup>1</sup>, hinc etiam factum esse puto, ut cum Pappi codicibus non paneis locis N consentiat.<sup>2</sup> quamquam quibusdam locis bono archetypo uti videtur, ut in *ὁμοιο-  
 λλάν* 191, 1 et in illo *εἰ περὶ ἑξῆς* 195, 6 et illis quae docet de metabola p. 205, 13. haec si respexeris, quaeres an duobus fontibus hic N usus sit. ac sectionis fontem qui diligenter examinavit, is alium fontem praeter M subesse non potest negare. nam non solum litteras in protasi 6 demonstranda N habet integras, diagrammatum lineas multo melius quam M<sup>2</sup> describit, ad fig. 15 veras numerorum rationes annotat, fig. 17 et 18 in M depravatas ille restituit. peritissimum rerum mathematicarum dixeris hunc hominem, qui omnia tanta sollertia emendaverit. at qui codicem N scripsit, non ipse hac laude dignus est, quippe qui falsis locis omnia diagrammata posuerit, ut fig. 18 exstet prope protasin 8. (qui autem suo ingenio Euclidis diagrammata restituit, is profecto suo quidque loco collocavit.) quae cum ita sint, si N fluxit ex M intercessisse oportet inter eos alium codicem, quem qui conficeret, eum artis mathematicae fuisse peritum. itaque quamvis magna similitudo huic cum M intercedat, quo magis res perpendo, eo magis animus inclinatur, ut ex M eum manasse negem ac proprium potius eumque egregium fontem librorum Euclideanorum dicam.

Duo autem homines docti, qui scholia in marginibus prioris partis ascripserunt, huic quoque alteri parti operam impenderunt. ut p. 181, 4 in mg. is qui minoribus litteris utitur addidit *βαρύντης μὲν ἐστὶ τὸ δι' ἀνέσεως γινόμενον ἀποτέλεσμα*, et 182, 1 *καὶ διέσιν*, et sonos qui omisi erant corrector supplevit 182, 13. ad 186, 14 autem

1 Huc revoco 192, 11 *καὶ τόνον*, 12 *ἐν ἀριθμῷ*, 194, 21 *δὲς*, 198, 14 *τοῦ*, 201, 10 *ἐκατέρω*.

2 P. 186, 11. 22. 187, 17. 190, 10 *διαρίσσει* et *τεταγμέν.* al. differunt autem praeter titulum et prooemium in 181, 4—6. 185, 7. 187, 16. 188, 2. 13. 16. 189, 2. 10. 17. 20. 21. 191, 7.



8. alter homo (qui haud scio an fuerit Valla) opposuit:  
 (76) διάτονον οὐ μετέχει πυκνοῦ, idemque ad 187, 15 notavit  
 διάφωνον et paulo post τὴ συμφωνία; circa 190, 14 ποσαχῶς  
 διαιρεῖται γένος, 199, 18 πόσαι συναφαί. et exitum versus  
 μεταβολῇ ποσαχῶς. etiam diagrammata illa p. 193 et alia  
 in Pappi quam ferunt doctrina postea inscripta sunt.

Fuisse autem Georgi Vallae hunc librum ipse dicit in  
 huius folio extremo *Γεωργίου Βάλλα ἐστὶ τὸ βιβλίον*, et ut  
 multi libri scripti mortuo Valla venierunt Alberto Car-  
 pens<sup>1</sup>, ita hic codex, in quo legimus scriptum: τοῦ λογισ-  
 τῆτος ἄρχοντος ἀλβέρτου πίου. cf. (73. 74) Mut. — Cy-  
 rilli cat. II 341. — Contuli Neapoli 1891. si quid  
 postea desiderabam, R. Heinze et Tschiedel liberalissime  
 suppeditaverunt.

(77) Neap. III C 3 (olim 261), chart. 8<sup>o</sup>. S. XV exeuntis,  
 diversis manibus scriptus. insunt Porphyri prooemium  
 commentarii in Ptol. (— τοῦ προκειμένου), tabulae et  
 loci e Nicomacho et Ptolemaeo excerpti, Planudis versus  
 de Ptolemaei geographia, tabula sonorum (exc. Neap.  
 § 1—3), tabula e Ptolemaeo descripta. a fol. 5: Ptole-  
 maei harmonica, Plutarchi Theonisque libelli de musica,  
 Nicomachi man. I, Macrobi doctrina a Planude graece  
 conversa, Ps.-Ptolemaei extrema capita cum Barlaami  
 refutatione.

Hic excerpit e Nicomachi harm. c. 3: ἰστέον ὅτι τὰ  
 ὀνόματα τῶν φθόγγων et offert nobis bonam lectionem  
 p. 241, 8 *μεγέθει καὶ τάξει καὶ τόπῳ ἀλλήλων παρηλλαγ-  
 μένους*. Mercurii autem et Veneris locos mutat consen-  
 tiens cum illo homine, qui (Nic. 272, 4) scribendi errorem  
 suspicatur. pergit cap. 5: ὁ Πυθαγόρας δὲ πάντρω-  
 ρος consentitque cum Vat. in 245, 8 (ῆ). addit idem  
 (fol. 2<sup>v</sup>) diagramma sonorum et stellarum ex Nicomachi  
 c. 3 descriptum alterumque diagramma, quod incipiens a  
 proslambanomeno naturam 18 sonorum in perfecto syste-  
 mate constituit:

<sup>1</sup> De hoc Alberto vide Blume iter III 31.

ἑστώς      Προσλαμβανόμενος      ἄπυκνος      (77)  
                  τόνος  
 ἑστώς      ὑπάτη ὑπατῶν      βαρύπυκνος, κ τ λ.

cum tamen liehanis diatonis librarius in eadem linea addiderit chromaticam et enarmoniam, habes systema ad Nic. c. 12 accomodatum. Planudis versus sequitur tabula numerorum, quam habes 412 in variis lectionibus lin. 10, et ἀρχὴ τῶν μουσικῶν λόγων p. 411, ubi hunc codicem signavi X). quod in margine appictum erat, ἰστέον ὅτι τριῶν ὄντων τῶν ὁυθμῶν, id dedi p. 423 (an pro ὁυθμῶν ibi scribendum τόνων?). quamvis autem propinqui videantur et similes Neapp. (2 et 3) et Par., patrem aut filium in varietatibus illis non inveni, fratres potius dicam.<sup>1</sup> aliud sequitur diagramma, quo sonorum ordo is demonstratur, qui invenitur apud Ptolemaeum II 11. hic quoque adscribitur ἄπυκνος vel βαρύ- vel μεσόπυκνος additurque ἑστώς vel κινούμενος.<sup>2</sup> hypatae autem meson hoc loco adscriptum est ὑποδώριος, parypatae meson ὑποφρυγίος idque factum usque ad neten diezeugmenon, cui datur ὑπερμιξολύδιος ὁ καὶ ὑπερφρυγίος. ad Ptolemaei igitur exemplum instituta est haec tabula (v. Wallis p. 73 fol. = 137 in 4<sup>o</sup>), nisi quod iastii quoque et aeolii toni similiumque in hunc ordinem intrasorum sonus princeps notatur.

Meliore deinde forma scripti sequuntur (fol. 5) libri Ptolemaei, videnturque sumpti esse ex codice qui non longe distabat a cod. U. de Plutarchi Theonisque doctrina nihil exscripsi, nisi huius finem μετὰ τῆς πρώτης ἀφορμῆς (qui est finis Nicomachi I). sequitur τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ μαξίμου τοῦ Πλανούδου ἐκ τῆς ἐξηγητικῆς τοῦ δευτέρου βιβλίου τὸ ἐκ τοῦ Σχεπιδίονος ὄνειρον. inc. Πν-

<sup>1</sup> Par. plus habet in § 1 de num. 21 et 24, in § 2 de num. 24. 36. contra X meliora habet § 1 de num. 18, si fides est Vincentio, et plura quamquam non meliora habet X § 2 de n. 18.

<sup>2</sup> Mobiles soni in priore systemate (fol. 2) nullo epitheto ornati sunt, ἑστώς tantum sonis fixis adscriptum est.



- X. *Θαγόρας* πρώτος πάντων ἀνθρώπων (Macrobius I 1, 8).  
 (77) finitur ἡ δὲ διὰ πασῶν περιέχει δώδεκα τόνους καὶ γίνεται ἐκ τετραπλασίον (Ma. II 1, 25). — Nicomachi manuale (fol. 92) transcriptum puto e Vat. 198. consentiunt enim in 237, 9 τὲ cum accentu, 12 φροντίδι, 238, 4 ὑπομειώσει, 9 πλήρει τ. λ. συλλογισμῶ, 13 ῥάονος, 19 δὲ ἔφασκον (Vat. διέφασκον), 23 ἐπὶ παντί, 239, 1 διηρθρωμένοις, itaque semper. 239, 7 ὑπάσχει uterque corrigit in μετέχει, 264, 34 neten dz. omittit uterque.

Meliore etiam scriptura quamquam minutis litteris addita sunt (fol. 101) capita illa, quae Nicephorus Gregoras ad artem Ptolemaei explendam scripsit (III 14—16), et Barlaami refutatio, quam edidit Joannes Franz Berolini 1840 (de musicis gr. commentatio). — Quod autem Nic. I, Planudis et Barlaami quae hic exstant redeunt in Urb. 77, propinques hos dices. — Cyrillus II 341. inspexit hunc Studemund, excussi ego 1891, et si quid erat dubii, iterum inspexerunt R. Heinze et Rabe. (v. Philologum LII 1892, p. 28.

- X. Neap. III C 4 (olim 262) chart. 8<sup>o</sup>. S. XV. insunt  
 (78) Bry., Bacch., Ps. Bacch., hymni, Aq., Anon., Ptol. III 16.

Et in Bacchio cum vidissem Θεοδώρου exstare pedis bacchii exemplum § 101, 5, archetypum nactus esse mihi videbar Parisini illius 2456, propter quem 1890 Parisios adii. quae spes me fefellit. sunt illi quidem simillimi inter se, quod om. τις 292, 3 et ἔστιν 293, 1, quod explent lacunam 295, 18, habent βαίνηται 305, 4, ἧς ἀνέεται 306, 11, οἰωδηποιοῦν 307, 2, ἀλλήλους (ἄλληλα N) 12, et concinunt in formis notarum 2. 15. 18. vix tamen minor est numerus locorum, quibus inter se differant. nam ut statim rerum summam absolvam, Par. omittit 300, 2 τίνας οὗτοι usque ad ea voc. 5, et quinque vocabula 10, N autem omittit 303, 12 δώρ.— 15 βαρύτ. et 307, 13 διώστ. ad 15 εἶδη. gemelli igitur sunt, neuter neutrius filius. et hymnorum quidem hic N est optimus codex, qui signa musica inde a II 13 continet solus. Galileumque edidisse hymnos usum



hoc ipso codice, qui olim fuisset Farnesinorum, eodemque 5. libro homines inductos esse, ut Dionysium falso dicerent (78) hymnorum esse poetam, Bacchium autem auctorem artis quae inchoat *Τῇ μουσικῇ τέχνῃ*, apertum iam esse spero et manifestum (p. 454—56). depictum enim habes apud Bellermannum Hymn. tab. II titulum *Διορίστων* qui finem faciens iis, quae de sonorum rationibus docentur, ab hymnis est alienus. Anonymorum doctrinas non universas hic continet. omittit § 85—104 et substituit res nullius utilitatis. neque enim magni aestimabimus diagramma illud Bellermanni § 83, nec opus fuit repetere (§ 84) caput illud extremum, quod Nicephorus ad supplendum Ptolemaeum conscripsit. socium habemus huius N cod. Urb. 77.

In Aristide qui prima diagrammata comparat, primo forsitan obtutu hunc vindicet familiae U, quia exhibet *a* et crucem illam in Ven. omissam, omittit autem B quod praebet Ven. accuratius tamen qui examinaverit, videbit hunc concordare cum Vat. 192 (et Mut.), in quo eadem illa vel desunt vel adsunt. et e sex illis harmoniis I 9 clarissime elucet agere eum cum Vat. et stare a Ven. potius quam ab U. habet enim signum mixol. 2<sup>b</sup> in U omissum, habet < ion. 6<sup>b</sup>, concinit cum Ven. omnibus in rebus, quibus Vat. concinit, et habet ion. 2<sup>b</sup> 7. huius igitur est frater vel e fratre filius. lydii etiam toni diagramma, quod prodiderunt Bellermann *Tonleibern* 77 (et Jahn in tab. I, Amsel tab.), huic cum Vat. 192 commune est. nec erravit A. Jahn, cum p. XLIX investigandum dixit codicem Galilei; ego inventum puto et comparandum. bonum hunc praedicat etiam Bellermann l. I. p. 77. — Cyrillus II 347. Bellermann Anon. 1, Hymni p. 9, cum specimine scripturae in tab. II et III. comparavi Bacchium Neapoli 1891.

Neap. III C 5 (olim 263), chart. 8<sup>o</sup>. S. XVI. (insunt 79) Ptol., Porph., AQ., Anon., Bacchius.

Hic male et sine omni diligentia scriptus in Ptolemaeo aliquot locis concinit cum Wallisi GJO. in Aristide est e familia Ven. VI 10 et multis in rebus accuratissime

- (79) concinit cum Mut. nam contextus partes inter signa musica positae sunt in utroque eodem<sup>1</sup>, e cap. I 7 uterque universam quandam signorum seriem omittit. quae de hoc Neap. enotavit Bellermann *Tonl.* 67, omnia quadrant ad Mut. ille cum XV, hic XVI saeculo scriptus videatur, patrem illum esse suspiceris, hunc filium. in Bacchio quidem quae comparavi, ea ut concinunt cum Ven. VI 10, ita abhorrent a Neap. 1 et 4 propiusque accedunt ad Marc. VI 2. examinaui Neapoli 1891. Cyrillus II 248.

Oxoniae exstant in bibl. Bodleiana<sup>2</sup>:

- (80) Ox. Baroccianus 41. ch. 4 min. S. XV. Ps. Eucl., Eucl., Arx., Alypius, Gaud., Nicom. II, Porph. hunc e charta et scriptura Wallis coniecit confectum esse in orientis regione, librorum autem ordo in mentem nobis revocat codd. M et U (duos etiam attende esse libros Nic.). est autem illorum Oxx. quos Meibomius adhibuit antiquior, a Pembroke comite bibliothecae donatus (M in proem. Gaud.), Wallis eum signavit D. cf. quae dicenda erunt ad (86) misc. 87. Coxe, Cat. (1893) I p. 59.
- (81) Ox. Bar. 124. ch. 4<sup>a</sup>. S. XV. Ptol. Wallis signavit C. Coxe 200.
- (82) Ox. Selden. 20 (olim 3363). ch. fol. S. XVI in initio mutilus. de calculo motus solaris. Arx.<sup>3</sup>, Alypius. desinunt signa in tono aeolio, ut fit in Vat. 191. depravatissimum eum dicit Meib. in praef. Al. cf. praef. Arx. sub. fin. Coxe 596. Marquard Arx. XXIV. Westphal-Garan Arx. (1893) XCI et 108.
- Ox. Bodl. misc. 36. S. XVI. Catena de cant. cant.
- (83) Pselli psychogonia. Cx. 641. (Τὸ μὲν λγ. — ἀκρότητα = Linder 1.) cf. 179.

1. Post doriorum ordinem priorem (exit δ θ) habet verba τῶν ἡθῶν. τὰς τῶν ψθόγγων, dein lydiorum ordinem alterum formis neutissimis <>, et cetera.

2. Codex Laud 44 continet Theonis artis arithm. partem, musicae artis nihil.

3. Lectiones diversas hinc excussas Holstenius inscripsit in Meursi editione, exemplari Bodl. Dorvil. X, 2. 6. 10. (Coxe 596).